



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

LII. Markgraf Ludwig vereignet auf Befehl des Kaisers dem Johann von Buch die Hälfte seines Dorfes Buch mit Verzichtleistung auf die Lehnsherrlichkeit, am 25. Februar 1337.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

literis, ne cuiquam detur facultas malignandi super donatione, libertate, proprietate et jure per eos nostro secreto communitis ex certa nostra scientia. In omnium testimonium premissorum promittimus etiam, quod sigillum nostrum majus presentibus apponere volumus gratis, cum a dicto Domino Meynardo vel alio predictae curie possessore fuerimus requisiti. Testes autem hujus rei sunt inclytus princeps dominus Rudolphus, Dux Saxonie, nec non nobilis Dominus Otto de Ylenboreh, Dominus Johannes de Buch, Dominus Henningus de Jachow, Dominus Loferus, Dominus Eilling, milites, et Wichardus de Rochow, Petrus de Bredou et Boffo de Meyendorp, famuli, Heyneke de Roschow, civis in Brandenburg, Nicolaus de Havele, Henningus Conradi, cives in Ratenow, et quam plures alii fide digni. Datum Brandenburg, Anno Domini Millesimo trecentesimo trigesimo septimo, ipso in circumcissionis Domini nostri Jesu Christi.

Bestmann's Beschreibung V, I, V, Sp. 57-59.

LII. Markgraf Ludwig verzeignet auf Befehl des Kaisers dem Johann von Buch die Hälfte seines Dorfes Buch mit Verzichtleistung auf die Lehnherrlichkeit, am 25. Februar 1337.

Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVII<sup>o</sup>., in crastino B. Mathie apostoli. Nos Ludowicus etc. Singulis et vniuersis, quibus presentes exhibite fuerint, Salutem et noticiam subscriptorum. Veniens ad nos strenuus Miles, dictus Johannes de Buch, capitaneus noster dilectus, nobis vt sibi medietatem ville sue, dicte Buch, cum vniuersis suis commodis, iuribus, limitibus, distinctionibus et pertinentiis ex nostra Beniuelencia appropriare dignaremur, humiliter supplicauit. Cuius quidem precibus ob fidei sui puritatem fidelitatisque sepius in eo compertam constanciam annuimus iuxta vota sibi heredibusque suis presentibus et in posterum succedentibus ex commisso serenissimi domini, domini Ludowici Romani Imperii (sic), progenitoris et domini nostri karissimi, mandato eciam et voluntate, ex mera eciam liberalitate nostra medietatem ville predictae, quam ab antiqua hereditaria successione ad ipsum deuolutam fore cognouimus, cum vniuersis condicionibus suprascriptis appropriauimus et appropriamus presentium testimonio litterarum, Renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni iuri collacionis videlicet et pheodi, quod nobis in ipsa competeat vel ipsis competere possit in posterum vel futurum, Dantes sibi heredibusque suis medietatem ville predictae sibi per nos appropriate veniendi (vendendi?), legandi et in vsus sibi conuenienciores conuertendi liberam et plenam facultatem. In cuius etc. Testes vero huius sunt nobilis vir dominus hermannus Comes de Hennenberg, strenui milites Dypoldus Guzzo, beringerus helo, marschalcus, Johannes hufener, Magister camere, bonbrecht, pincerna, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Spandowe, anno, die, loco, tempore supradicto.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. XLVIII.